



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XV. in qua tamen videtur nonnumquam titubare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

ciores sint, quam homines; cum spiritualis naturae sint, homines vero corporeæ, & crassiores. Imprimis vero perlegi velim locos Origenis ab Hieronymo de promoto Epist. 59. ad Avit. cap. 1, in quibus rationis participes naturas jumentorum corporibus colligari propter delicta assertur; Dæmonum, hominum, Angelorumque naturas simul permutari ac permisceri; siderum ipso forum animas, ut pote ratione præditas, ob peccata his suis adiunctas corporibus, qua vel plus, vel minus luceant, prout recte vel male se gesserunt.

Epiphanius in Synesi Tomi 1. lib. 2. cap. 18. Quod autem scribit Epiphanius docuisse Origenem defuturos aliquando Angelos, sic intelligendum est, futuram olim rerum omnium conversionem & *ταύτας τις οντότητες*, redituraque ad pristinum statum omnia, Angelosque adeo, ac Dæmones eodem futuros loco quo fuerunt, antequam virtutibus suis vel peccatis ad Angelorum, Dæmonumque naturam adiungi meruerint. Recte id juxta Origenis sententiam exponit Iustinianus in Epistola ad B Quintam Synodum, quam recitat Cedrenus.

XV. Veruntamen perspicuis licet & illustribus testimoniis deliramenta ejusmodi Adamantius saepe prodiderit, aliquando tamen, quasi Penelope telam retexens, priora videtur retractare. *Vide ergo*, inquit Homil. 2. in Levit. ne fore te esse, quem Paulus dicit pacificasse per sanguinem suum, non solum qua in terris, sed & qua in celis sunt, idem ipse sit virulus, qui in celis quidem non pro peccato, sed & pro munere oblatus est: in terris autem, ubi ab Adam usque ad Moysæ regnavit peccatum, oblatus sit pro peccato, & hoc est passum esse extra castra. Ex hujus loci contextu, si quis attendat, efficiut illud, in celo peccatum non admitti. Homilius quoque in Num. 13, cum quaslibet, eur ne a Balaamo Dæmones invocentur, prohibet Deus; responderet idcirco factum illud, quod vel arbitrij suis Dæmonibus relinquenda libertas, eorumque C furoribus & imperiis permittendus Populus Dei; vel arbitrij libertate spoliandi fuissent ijdem, ne in Israëlitæ impotenter defavirent. Postremum hoc si fuisset, hoc erat, inquit, damnasse rationabilem creaturam, & ante tempus intulisse judicium, & impeditæ omnibus, qui aduersum eos in agone poterant coronari. Quasi Dæmones in iudicio adversus fe olim statuendo jus libertatis tandem aliquando amillari sunt. Quod quanvis non liquido ex superioribus, neque necessaria consequentia cogatur, eo tamen videtur loci hujus inclinare sententia, & a prioribus placitis recedere. Cum præfertim libr. 1. *περὶ αἰχμῶν*, cap. 6. de Angelorum libertate accuratius acturus, & dogmata supra ventilata fuse propositurus, ita proloquatur:

Quia quidem à nobis etiam cum magna metu & cautela dicuntur, discentientibus magis & pertinacientibus, quam pro certo ac definito statuuntur. Indicatum namque à nobis in superioribus est, de quibus D manifesto dogmate seruandum sit, quod & pro viribus nos fecisse puto, cum determinate loqueremur. Nunquam autem disputandi specie magis, quam definiendi, prout possumus, exercemur: cumque cap. 8. hujus libri sic disputet: Secundum nos vero nihil est in omni rationabili creatura, quod non tam boni quam mali sit capax: sed non continuo quia diximus nullam esse naturam que non possit recipere malum, idcirco confirmamus omnem naturam recipere malum, id est malum esse effectum: sed sicut est dicere quod omnis hominis natura recipi ut possit navigare, non tamen ex eo omnis navigabit: & iterum, omni homini possibile est dicere artem Grammaticam, & medicinam; non tamen idcirco ostenditur omnis homo vel medicus esse, vel Grammaticus: ita si dicimus nullam esse naturam que non possit recipere malum, non tamen continuo etiam recipere malum designamus. Nam secundum nos ne Diabolus quidem ipse incapax fuit boni; non tamen idcirco quod potuit recipere bonum etiam voluit, vel virtuti E operam dedit: & paulopost: Et est altissimum iste ordo rationabilis creatura, qui se ita præcepit nequitie dedit, ut revocari noisi magis quam non possit, dum scelerum rabies jam libido est & delecat: & cum libr. 5. Commentari. in Epist. ad Rom. postquam voluntatis libertate prædictam esse natu ram quamlibet rationis compotem confessus est, non ea perinde uti doceat: Quid autem est, inquit, quod in futuris facilius tenet arbitrij libertatem, ne rursum corrut in peccatum, brevi nos sermonem Apostolus docet, dicens: Charitas namquam cedit; idcirco enim & fide & spe major charitas dicitur, quia sola erit per quam delinqui ultra non poterit: deinde subiiciat: Et ideo merito charitas, sola omnium maxima est, omnem creaturam consinebit à lapsu, tunc cum erit Deus omnia in omnibus: quod Apostoli auctoritate confirmat, qui nulla re, quantumlibet gravi & molesta, à Christi charitate se divelli posse declarat: cumque Tomo 17. in Matthæum, p. 488, 489, F cum quereret annon homines pietate insignes Angeli evadant, dubitantes se & incertum hac perscrutari dicat: cumque alio loco, postquam de Angelis quid sentiret explicavit,

Orig. apud Hier. Epist. 19 ad Avit. cap. 1. XVI. Iam vero eequi damnosæ huic causæ suffragentur, anquiramus. Ac primū Angelos & homines hypothal quidem dispare, at eamdem habere naturā dixit Ioh. Damasc. Ejusdē vero esse Angelos inter se naturę tanto consensu Patres affirmarunt, ut hanc fuisse Ecclesiæ universæ doctrinam à nonnullis proditum sit: bene autem vel male agere posse Angelos & Dæmones, post Origenem viri graves opinati sunt. Ambrosius hunc exponens Pauli locum ad Ephes. 3. 10, Dæmones ab errore revocari posse per Ecclesiam, & à Dia-